

LIBER

Et horum diuersitatem & distinctio-
nem ab inuicem prouocare non poss-
sumus, cum nobis sint incogniti et in-
finiti. Quomodo ergo supplebis des-
fectum in opere tuo, ex ignorantia di-
uersitatum situum stellarum, ex mos-
tu earum. Et tamen si sitū vnus aut
plurium stellarū certum, quo datur
in metallis perfectio scires, nō tamen
opus ad intentum tuum perficeres.
Non est enim alicuius operis præpa-
ratio ad suscipiendum formā per ar-
tificium in instanti: sed successiua. Er-
go operi forma nō dabitur, cum non
sit in instanti. Similiter etiā in rebus
naturalibus iste est ordo: quoniam fa-
cilius est causam destruere, q̄ cōstrue-
re. Sed vix aurū possumus destrues-
re, quomodo igitur & construere præ-
sumimus. Præter has igitur rationes
sophisticas, & alias his minus appa-
rentes, credunt hanc artem diuinā in-
terimere. Hæ omnes sunt persuasiōes
sophistarum, artem nostram simplici-
ter fore negantium. Rationes vero eo-
rum qui ex suppositione negāt artem
ponam, cum destructionibus illarum
in sequentibus. Dehinc vero ad harū
interemptionses nunc positarum, tran-
seundū a nobis est: prius ponētibus
nobis super has veram intentionem,
ad operis complementum.

NARRATIO PRÆ

ueniens: per quā respon-
detur ad omnia so-
phismata artem
negan-
tū.

Caput x.



Incipimus itaq; q̄ prin-
cipia, super quæ as-
ctiōnem suam natu-
ra fundat, sunt di-
uersimodæ compos-
itionis atq; fortissi-
mæ: & sunt sulphur
& argentum viuum: vt dicunt quī-
dam philosophorum. Igitur quia di-
uersissimæ compositiōis, difficillime
sunt resolutionis: sed vt fiat inspissā-
tio eorum ad inuicem & induratio ra-
liter, q̄ fiat in eis concussio et extensio
per mallei compulsionem, & nō con-
fractio: non est nisi per hoc, q̄ humi-
dum viscosum in eorum ad inuicem
commixtione, soluat per successiuam
in minera decoctiōem. Sed regulam
tibi tradimus, charissime fili, genera-
lem: quoniam non fit inspissatio ali-
cuius humidī, nisi prius fiat ex humi-
do partium subtilissimarū exalatio,
& conseruatio ex humido partiū ma-
gis grossarum, si sit humidum in mi-
xtione superās siccum, & vera mixtio
siccī & humidī: vt humidum contem-
peretur a sicco, & siccum ab humido:
& fiat hæc substantia vna in suis par-
tibus omnino mera & temperata in-
ter durum & molle, & extensiuā in
concussione. Sed hoc non fit nisi per
diuturnam mixtionem humidī visco-
si, & subtilis terreī per minima, quos-
usque humidum idem cum sicco, &
siccum cum humido fiat. Et huius-
modi subtilis vaporis non fit reso-
lutio subita: immo paulatiua, & in